



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.
Engelbertvs || Archiepiscopvs Co-||loniensiſ Princeps ||
Elector, &c.**

Gelenius, Aegidius

Coloniae Agrippinae, 1633

Epilogvs Ad Lectorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9728



A *EPILOGVS AD LECTOREM.*

SI quæ, beneuole Lector, toto hoc opusculo, vel in alijs à me vulgandis, sententia, dictio aut syllaba S. Matri Ecclesiæ Romanæ Catholicæ minus placeat, illa & mihi displicebit, illamq; detestor, ac scriptam **B** nolo. Neque etiam de alicuius iurisdictione aut honore quippiam cupio delibatum. Nã mihi sedet cum omnibus, quoad fieri potest, Christianam colere charitatem. Quod si quem historiæ læsit veritas, quã impugnare cupiat, quisquis ille est, bellum indicat auctoribus à me allatis, quorum sententias **C** retinui; licet eorum interdum verba mutaerim, ne perpetua styli ab auctoribus vsurpata varietate cuiusquam aut oculos aut aures offenderem. Tabulas & diplomata seruaui **D** integra, vt ea donarem antiquitate. Interim quantulumcunque hoc laboris mei, S. ENGELBERTO Martyri ac meo apud Diuinum numen patrono, submitte offero, ac dictum volo. Eoque tu Lector æternum frue-re ac faue.

oo

COM-